



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

Boehme, Johann

Augustæ Vindelicorum, 1520

VD16 VD16 B 6316

De Ægypto & ritu gentis vetusto. Caput Quintum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

De oim gentiū ritibus.

in ordinem digestis, ex serico, bisso, purpura intextis. Veteri instituto Rex in aperto agit: nec se intra mœnia plus biduo consistet: aut quia id turpe ducit, & molle, aut quod lege quadam non liceat. Decies centum millia hominum ad bellum instruit: quingentos Elefantos: quorum ad hæc & Camelorum ingentem numerum: & hæc vel mediocri rerum motu. Suntque in tota gente familie septem diariae, in quibus orti, signo crucis, velut cauterio insigniunt, cute leniter incisa. Arcu in bello utuntur, conto, lorica, galea. Sacerdotum in summa dignitate, Secunda dignitas sapientium, quos balsamatos & Tenquatos vocant, tribuitur etiam non parum innocentie & probitati: quam primo sapientie gradu collocat. Nobilitati tertius habet honos, sequuntur stipendiarii, iudices de vita hominum decernunt, decretum ad præfectum urbis deferunt, quem Lycomegian vocant. Locum regis is tenet. Legibus nullis exscripto utuntur: ex bono & æquo iudicant: si quis adulterum sit conuictus, quadragesima bonorum omnium pars multa est: de adultera domestica ultio: illi quorum interest puniunt. Viri dotem constituunt ijs, quas sibi matrimonio iungunt, non aliunde quaerunt. Mundus muliebris ex auro, quo gens plurimum abundat. Margaritis & serico, viri & foemine vestitu utuntur ad pedes demisso, manicato, nec usquam aperto, indifferetio colore, præterquam nigro, qui in ea gente luctificus est. Defunctos lugent quadraginta dies, lautioribus conuiujs, secunda mensa crudæ in feruntur carnes, quibus affabre concisis, resperisq; aromate avidissime vescuntur. Lanificio carent, sericum aut linum vestit totam gentem: non vnus omnibus sermo, sed varia loquendi ratio, variisque distincta nominibus. Agricul turam exercent, & rem pecuariam. Bina messis est illis: bina etiã aestas. Quicquid Libycarum gentium ab Æthiopia hac se: India usque ad occidentem solem, omnes Mahometis impietatem colunt, viuuntque eodem fere cultu, quo & Barbari qui in Ægypto sunt hodie, & Mauri appellantur, ab ipsa, ut creditur, Maurorum euagatione: nam ea quoque gens Libyæ non minus infesta fuit, quam Sarraceni: diris illis temporibus, quibus magna in humanis rebus facta est mutatio, mores gentium, pietatis cultus, terrarum nomina passim immutata.

De Ægypto & ritu gentis vetusto.

Caput Quintum.

Ægyptus regio in Africâ: vel secundum aliquos Africæ proxima: ab Ægypto Danaï fratris sic appellata, quam prius Aeria dicebant. Hæc teste Plynio libro quinto, Ab oriente rubro mari, Assyriæque coniungitur: ab occidente Cyrenem & Africæ residuum habet: a meridie usque in Æthiopiã protenditur. A septentrione mare habet Ægyptium. Eius insignes urbes fuere Thebæ, Abydos, Alexandria, Babylon & Memphis. Hodie Damiatæ & Soldani sedes ciuitas Chayrus siue Alcyra amplissima. In Ægypto (ut Plato inquit) nunquam pluit: visum est pluere, sed terram ipsam Nilus inundatione quorannis post æstiuale solsticiū secundaria pluuieque inter insulas relata est: ita se Nilus scindente, ut triquetram terræ deliniet figuram: quo contingit, ut a Græcæ literæ similitudine, sita multis Delta cognominata. Ægyptij omnium primi duodecim deorum nomina cõmentum sunt, Aras & simulachra delubraque statuisse credunt: anima

Regis Æthiopia opum potentia
Arma bellica Æthiopia
Sacerdotes in summo honore
Sapientibus sacris honor
Nobilitati terci honor
Legibus nullis Æthiopes utuntur.
Adulteri multa
Dotem viri mulieribus constituunt.
Mundus muliebris omnis ex auro
Eius

Sermo
Studium
Cœlum
Mahometus erant in Libia obseruatur.
Mauri in Ægypto
Magna in humanis rebus mutatio facta

Ægypti de notario de scriptio
Insigniores Ægypti ciuitates.
In Ægypto nunquam pluit.
Ægyptus delta appellata.
Qui primū deos cõmentum ri, aras & simulachra

Balsamatos
Lycomegian

Vestitu
Pauclus

Mir
nus

Thebæ
Abydes
Alexandria
Babylon
Memphis
Damiatæ
Cayrus
Alcyra

lia in faxis figurasse, que omnia plane arguunt eos ab Æthiopibus esse oriundos: qui horū omniū fuerunt auctores: ut tradit Diodorus Siculus. Eorum fceminae olim negotiari / cauponari / institoriaq; obire munera consueuerunt. Viri intra murorū parietes texere: hi onera capitibus gestare, mulieres humeris: illae stantes micturire, hi sedentes: domi vulgo ventrem exonerare: in vijs comessari. Mulierū nulla neq; dei cuiusq;, neq; dea sacerdotiū habuit. Initiant non sigillatim cuiq; deorū, sed gregatim: quorū vnus est pontifex. Vbi quis defunctus est, filius eius subrogat. Mares liberi/gentili instituto parentes haud inuui alebant: contra cogebant filiae etiam nolentes. Plaricq; mortaliū in funere deglabrant capita, barbā promittunt. Ægyptij promittunt capillū & barbā tondebant: panem pedibus, lutū manibus subigebant. Horū fuit: ut Graeci persuasum habuere & qui ab Ælis oriundi sunt virilia circumcidere. A dextera in sinistra literas dixerunt. Horū mares binis vestibus uti moris fuit. Fceminas singulis: bipartitis literarū vsus: profanus hic, ille sacer: sed uterq; ab Æthiopibus sumptus. Sacerdotes tertio quoq; die corpora rasitare, ne quid sordis, quum sacra faciunt, intercurret. Linea ferre vestimenta: semper recens abluta: fassi munditię gratia se circumcisos esse: quia fatius sit mundos esse q; decoros. Vestem sacerdotes lineam tantū gestare: & calceos papyraceos. Faba neq; ab eis feri, neq; alibi nata, vesci. Sacerdotibus etiam illa videre prohibiti, eo q; immundū hoc legumen sit. Lauantur quoti die frigida aqua: interdū ter, nocte bis. Hostiarū capita prius execrationibus diris damnata, non manducabant, sed aut peregrinis negociatoribus venditabant sacerdotes: aut si, qui illa emerent, non affuissent, in Nilum proiecebant. Boues mares eosdemq; mundos, ac vitulos vniuersi Ægyptij immolant: fceminas immolare non licet: utpote Isidi consecratis. Cibo e farre, qd quidam siliginem vocant, confecto victitant. Vino vtuntur facto ex hordeo: defunt enim in ea regione vites. Victitant quoq; tum piscibus: partim crudis ad solem arefactis: partim salugine conditis: tum auibus: sed earum crudis prius tamen sale conditis cothurnicibus anantibusq; apud locupletes: Eorū cū multi conuenerūt, & a coena discessum est, circumfert aliquis in loculo mortuū e ligno factū: aut pictura & ope maxime imitantem, longitudine cubitali oīno, aut bicubitali: ostendenq; singulis conuiuatū ait: in hunc intuens porta & oblectare: talis post mortem futurus. Minores maioribus natu obuij in via cedunt atq; deflectunt: aduenientibusq; e sedili assurgunt: qua in re cum Lacedæmonijs cōueniūt, inuicem cōpellandi se mutuo in vijs adorāt manu genutenus demissa: Vestibus ut dixi lineis amiciunt, circa crura fimbriatis, q̄s Castiliras appellant: super quas candida ferunt amacula alia tanq; superiecta. Lanę vestes neq; in aedis sacras gestant: neq; vna cum cadauere sepeliunt. Nunc qm̄ oēs, qui olim doctrina aliqua excellere: quicq; alijs gentibus leges, & vitæ instituta p̄scripserunt. Ad Ægyptios prius ut mores illorū, leges & sapientiā: qbus tum oēs terræ nationes facile anteibant, percipient, trāsire, ut Orpheus, Poetaq; Homerus, Museus, Melampodes, Dædalus, Lycurgus, Spartanus. Deinceps Solon Atheniensis, Plato philosophus, ac Samius Py-

Ægyptij ab Æthiopibus oriundi.

Mulieres Ægyptie virorum obire munera viri mulieū Gregatim dijs initiabatur Ægyptij. Lugendi defunctos ritus admirandus.

Circūcidere virilia a quibus inceptū Scriptura Ægyptiorū a dextra in sinistram procedit.

Sacerdotum Ægyptiorū mundities Vestitus

Faba immundū legumen non ferit neq; comedit ab Ægyptijs Capita hostiarū prius damnata abiciuntur

Fceminę boues ab Ægyptijs non immolabant Mortis admonitio in Ægyptiorū conuiuijs Senioribus suis honor apud Ægyptios

Mutua adoratio in vijs.

Lanearū vestium contemptus Laus Ægyptiorū a morum honestate atq; prudentia

sigillatim gregatim

Linea vestimenta

Vini ex hordeo

Mirabilis ritus

Castilira vestimentum genus

De oim gentiū ritibus.

Qui philoso-
phi discipuli
nari gra ad
Ægyptios
iuere

Chriſtiana
religio pla-
raꝗ ab Ægy-
ptijs mutua-
ta.

Reges Ægy-
ptiorū legē
ſequēbant̄.

Regū Ægy-
ptiorū ſer-
uos quales
oportebat
eſſe

Officiū regis
diurnū no-
cturnūq̄.

Mos laudan-
di Reges in
templis ob-
ſeruari
Cōmenda-
tio Regis in
templo

Criminū re-
gis expurga-
tio

Cibo ſimpli-
ci Ægyptij
veſcebant̄

thagoras, & huius discipulus Salmoxis. Fudoxus quoq; mathematicus, De-
mocritus abderites, & Inopides Chius, Moses Hebraeus, atq; alij multi, vt
in ſacris eorum libris contineri Ægyptij ſacerdotes gloriantur. Libet: conue-
niens etiam eſſe mihi videtur: illoꝝ viuendi ritibus diutius immorari, vt
cognoſcatur, quid & que quicq; illorum ab his acceperit, atq; alio transporta-
rit. Nam vt Philippus Beroaldus ſuper Apuleianum Aſinum ſcribit, plera-
q; etiam ex Ægyptiorum religione tranſlata in religionem noſtram ſunt, vt
lineæ veſtes, deſaſa ſacerdotum capita, vertigines in altari, pompa ſacrifica-
lis, muſicę modulamina, adorationes, preces, aliaq; id genus complura. Ægy-
ptij Reges (vt ſcribit Diodorus Siculus libro ſecundo) vitam nō aliorum re-
gnantium more, quibus voluntas pro lege eſt, traducebant licentiā. Sed le-
gum inſtituta in cogendis pecunijs quotidianocq; victu ſequēbantur. Forū
cultui obſequioq; nullus deputatus erat, neq; empicius, neq; domo genitus
ſeruus, ſed nobilium ſacerdotū filij, tum vltra viginti annos nati, tum doctri-
na præ exteris eruditi, vt horum corporis miniſtrorum die noctucq; aſtan-
tium conſpectu motus Rex nil turpe cōmitteret. Rare enim potentes rerū
mali euadunt, vbi deſunt ſuarum cupiditatū miniſtri: inſtitute erant dei no-
ct̄ ſq; horæ quibus Regi, lege permiſſa, agere fas erat. Mane ſurgentem Re-
gem primo epistoſas omnis miſſas capere oportebat, vt cognitis his, que ſi-
bi agenda eſſent reſponſo dato ſingula in tempore exq; ordine recte ageren-
tur. His actis quum in virorum excellentium cœtu lauiffet corpus, veſtem
preclaram induit ſacra dijs faciebat. Mos erat ſacerdotum principi iuxta
aram hoſtijs deductis, aſtante Rege, magna voce audiente populo valitudi-
nem proſperam omniaq; bona precari, Regi iuſticiam in ſubditos colenti,
narrare inſuper particulatim Regis virtutes, in deos pietatē, ac religio-
nem, in homines humanitatē ſeruantis, tum illum continentem dicere: iu-
ſtum, magniq; animi veracem liberalem: omniſq; frænantem cupiditates:
pœnas inſuper mitiores q̄ poſtularent errantis crimina exigentem: reddē-
tem vero gratā meritis ampliorem: plura his ſimilia orans: tandem his exe-
crationem in malos exequēbat. Tum Regem culpa purgans, omne crimen
in miniſtros, qui Regi iniqua ſuaderent cōiciebat. Quibus actis ſacerdos
& regem ad foelicem dijsq; gratā vitam hortabatur, & ſimul ad bonos mo-
res, agendumq; non que ſuaderent mali, ſed que ad laudem & virtutē ma-
ximē pertinerent. Demum quum Rex tauro dijs ſacra feciſſet, Sacerdos que-
dam ex ſacris libris clariffimorum virorum conſilia, actaq; proferebat: qui-
bus rex monitus Imperio pie ac iuſte aliorū exemplo vteret. Non aut̄ pecū-
nijs vacandi, iudicandiq; legibus ſolū antiquis: ſed deambulandi q; lauandi
q; & cū vxore cubandi: oisq; degendę vitæ tempus erat lege p̄ſtitutū. Cibo
veſcebantur ſimplici, vt quorum menſæ nihil præter vitulū & anſerem in-
ferretur: vini potandi certa ſtatuta erat menſura, qua neq; ſarciri ventrem,
neque inebriari poſſent. Denique ipſorum vita ea tenebatur modēſtia, vt
non a legiſſatore, ſed a peritiſſimo medico ad conſeruandam ſanitatē com-
poſita videretur. Mirabile videtur Ægypti reges non ex voluntate, ſed ex legē

ge vitam priuatam agere: sed multo est mirabilius illis, neq; iudicandi, neq; pecuniam congregandi, neq; puniendi quenuquam per superbiam aut iram, aut aliam iniustam ob causam, licentiam permissam. Sed veluti priuati tene-
 ri legibus: neq; id agre ferebant existimantes parendo legibus se beatos fore. Nam ab his qui suis indulgerent cupiditatibus, multa censebant fieri, qui-
 bus damna periculaq; subirent: Scientes enim sapius se peccare: tamen aut amore, aut odio, aut alio animi mo. bo victi nihilominus aberrent. Qui vero
 sapientia consilioq; vitam instituunt, in paucis offendunt. Hac vsi erga subdi-
 tos iusticia. Reges omnium beniuolentiam adeo assequuti sunt, vt nō solum sacerdotibus, sed singulis Ægyptijs maior Regis q̄ vxorum filiorumq; aut
 aliorum principum, salutis inesset cura: vita vero his moribus defunctum: omnes communi incesticia lugent, vestes lacerant, amples clausis forū nō
 frequentant, festa soleantia non agunt, dies septuaginta duos. Iuro deturpan-
 tes capita, ac sindone subtus mammās cincti: vna viri mulieresq; ducenti fer-
 me aut trecenti circumambulant bis in die nouantes luctum atq; ad numerū
 cum cantu, virtutes regis. cōmemorantes. Cibis animantium coctisq; ac vi-
 no omniq; mensa apparatu abstinent. Non lauacris, non vnguentis, non stratis
 lectis, non venercis vtuntur: sed tanquā defuncto filio per eos dies me-
 rentes lugent. Hoc tempore, quæ ad pompam funeris spectant præparatis: postremo die corpus in arca conditum ante sepulchri aditum ponunt. Ibi
 breuiarium in vita ab rege gestorum, de more recitant, volentiq; facultas da-
 tur defunctum accusandi. Astant sacerdotes, mortui recte facta laudantes: po-
 pulus is permagnus est, qui exequias circumstat applaudens veris laudibus: in reliquis magno reclamans tumultu. Quo accidit vt plures reges repugnā
 te multitudine, solito caruerint sepulchri honore ac magnificentia. Is timor co-
 egit Ægypti reges iuste viuere, veritos futuram post mortem plæbis iram, atq; odium sempiternum. Antiquorum Regum viuendi mos hic maxime
 fuit. Ægypto omni in plures partes, quarum qualibet græco verbo nomos appellabatur, diuisa: cuiuslibet prætor aderat, qui omniū haberet curam. Ægy-
 pti vestigalibus trifariam partitis, priorem portionem percipit collegium sa-
 cerdotum magna apud incolās auctoritate: tum propter deorum curam, tum propter doctrinam, qua plures erudiuntur. Hanc partem tum ad sacrificiorū
 ministeria, tum ad priuatæ vitæ commoda impertunt: neq; enim deorum cultum omittendum putant: neq; publici consilij vtilitatisq; ministris equi-
 censent vitæ cōmoda deesse. Ad sunt enim grauib; in rebus hi semper con-
 silio atq; opere regibus: tum astrorum peritia, tum vero sacrificijs futura præ-
 dicentes. Et libris præterea sacris priorum gesta referunt, quibus Reges in
 agendis noscant, quæ sint profutura. Non enim: quemadmodū apud Græcos, vnus homo, aut vnica mulier sacris præest: sed plures in cultu deorum hono-
 req; versantur, qui eandem sacrorum curam filijs tradunt. Hi omnes immu-
 nes sunt, secundumq; post Reges honoris dignitatisq; locum tenent. Al-
 tera portio ad Reges peruenit, quam & ad bella & ad vitæ cultum, tum ad liberalitatem erga strennuos viros pro meritis impendunt, Qua extre sit, vt

Regibus nō omnia agere licebat

Salus regis omnibus cura

Luctus in regū morte publicus

Ægyptiorū regum fune ratio

Quid cogit gerit Ægypti reges iuste viuere

Ægypti veteris administratio Partitio vestigalis Ægypti. Primæ vestigalis portio nem apud Ægyptios sacerdotes percipiebant. Sacerdotū Ægyptiorū viuitas & auctoritas.

Alteræ vestigalis portio Regibus datur.

breuiarium in vita

nomos

Deoim gentiū ritibus.

Tertiam milites percipi-ebant
 Policia Egiptiorū in triplici hominum genere consistebat.
 Agricolaē

Pastores

Opifices

Iudicia Egiptiorum non casu sed ratione.

Iudicum electio.

Iudicibus Egiptiorum veritas in fine iudicium principis. Iudiciorum Egiptiorum ratio.

Antique quaedam Egiptiorum leges Periturū capitale fuit apud Egiptios. Alia vtilissima lex

populares nullo grauentur tributo. Tertiam percipiunt milites: & qui belli sunt instituti ministerio: vt hoc stipendio accepto paratiorem habeant animum ad bellorum pericula obeunda. Est insuper eorum politia in tria hominum genera instituta. Agricolarum, pastorum, & opificum. Agricolaē partim quadam mercede a sacerdotibus regeq; aut militibus agros mercati: per omnem aetatem ab ipsa pueritia rei rusticae sine intermissione vacant. quo fit, vt agricultura caeteris, tum ob doctrinam a parentibus perceptam: tum ob continuum vsu praestent. Eodem modo & pastores cura atq; arte regendi pecoris a patribus accepta semper in eo gubernando aetatem agunt. Artes quoq; apud Egiptios admodum excultas videmus: & ad summum perductas. Nam soli Egiptij opifices omnia rerum publicarum cura nullum nisi aut legibus permissum, aut a patre traditum opus exercent: vt neq; eos docentis inuidia: neq; ciuile odium: neq; aliud quid ab instituto impediatur exercitio. Iudicia vero eorum non casu fiebant: sed ratione. existimabant enim rite facta plurimum vitae mortalium prodesse. Nam punire nocentes, auxilium ferre oppressis, optimam ad prohibenda mala facinora viam putant. Poenam vero delicti aut pecunia aut gratia tolli existimabant confusionem vitae communis fore. Quamobrem ex ciuitatibus clarioribus vt Heliopoli Memphi Thebis viros optimos eligebant, quos iudicij praeficerent: qui iudicum confessus, neq; Athenarum Ariopagitis, nec Lacedaemoniorum senatui longo tempore postea institutis cedere videbantur. Postquam hi conuenerant triginta numero, inter se eligebant optimum virum, quem iudicij principem constituebant, in locum cuius ciuitas alium iudicem substituerebat: his omnibus victus, sed principi opulentior a Rege dabatur: is aurea cathena signum varijs ornatum lapidibus a collo suspensum: quod appellabant veritatem gestabat. Coeptis iudicij ac signo veritatis a principe iudicum proposito, omnibusq; legibus, quae octo libris continebantur in medio eorum constitutis. Mos erat accusatorem scribere ea, in quibus alium accusabat, modumq; patrae iniuriae aut damni facti, quanti eam extimaret scribere. Reo tempus dabatur rescribendi ad singula, & aut se id non fecisse: aut recte fecisse purgandi: aut iniuriam vel damnum minoris extimandi: Rursus accusatori reoq; inuicem respondendi locus erat. Ita bis auditis litigatoribus: cum iudices de controuersia quaesiuissent: princeps signo veritatis in partem veriore verso: sententiam ferebat: hic mos iudiciorum erat. Quoniam de legum institutione mentio incidit: haud alienum ab instituto erit antiquas Egiptiorum leges etiam referre: quo cognoscatur: quantum caeteris praestent: & rerum ordine, & utilitate. Primum periuri capite mulcebantur, tanquam qui duplici tenerentur scelere: vt qui & pietatem in deos violarent, & fidem inter homines tollerent: maximum societatis vinculum humanae. Si quis iter faciens aut hominem a latronibus caedi competiret, aut quamlibet iniuriam perpeti, neq; subuenire auxilio (si posset) mortis erat reus: Si auxilium ferre non posset, denunciare latrones tenebatur, & iniuriam accusatione prosequi: qui ea negligebat, plagis ad certum numerum pledebatur: tri duoq; carebat cibo. Falso quena

piam accusans si postmodum ad iudicium delatus foret poenam calumnia toribus statutam subibat. Cogebantur Aegyptij omnes scripta nomina sua ad praesides: & simul quo exercitio viueret deferre: qua in re si quis mentiretur, aut si iniusto viueret questu, in mortis incedebat poenam. Si quis sponte aut liberum aut seruum occidisset, morte damnare leges iubebant: quae non fortunae condictionem, sed consilium facti pendentes, homines a sceleribus deterrebant, & simul vindicata serui morte reddebant liberi securiores. Patribus qui filios occiderent: non erat poena mortis indicta: sed tribus diebus noctibusque continuis edictum ut circa defuncti corpus assisteret publica etiam custodia astante: Non enim iustum putabant, eum vita priuari, qui vitae filijs autor fuisset: sed potius continuo dolore factique poenitentia affligi: quo caeteri ab simili facto auerterent. Parricidis exquisitam imposuerunt poenam. Nam articulatim praecutis calamis caecos iubebant viuos supra spinarum aceruum comburi: maximum inter mortales iudicantes scelus: ei mortem per vim inferre: a quo vitam accipisset. Mulierum morti destinatarum si praegnantessent: partus expectabatur: existimantes penitus iniquum esse, eum, qui nihil commisisset vna cum facinoroso poenam pati: aut duos plecti, quum vnus deliquisset. In bellis qui aut ordinem reliquissent: aut non parerent ducibus non plectebantur morte: sed maxima omnium ignominia: qua postmodo virtute & recte facta delata: ad priorem statum redirent. Ea lex & homines assuefaciebat: ut id dedecus pessimum malum: mortemque ipsa grauiorem censerent. His qui secreta hostibus reuelassent linguam lex iubebat abscindi. Ei qui moneram circumcideret aut adulterinam cuderet: aut pondus vel signa immutaret, aut literis inscriberet, aut descripto demeret: aut falsas syngraphas afferret, ambe amputabantur manus: ut quae corporis pars peccasset: per vniuersam vitam lueret poenam. Caeteri quoque aliorum calamitate moniti: ab simili scelere, abstinere. Asperae etiam poenae circa mulierum delicta statutaerant: Nam ei, qui mulierem liberam violasset virilia execabantur: quoniam vno crimine tria haud parua scelera complexus esset: iniuriam, corruptelam, & liberorum confusio nem. In adulterio spontaneo deprehensus virgis cedebatur ad mille plagas: Mulier naso mutilabatur. Quo dedecore vultus incontinentia maculatus ea mulctaretur parte: qua maxime facies exornatur. Legum quae ad hominum commercia pertinent Bocchoridem latorem fuisse scribunt. Hae mandant: creditis absque scriptura mutuo pecunijs: si negarentur, stari debitoris iuramento: ut quae iusiurandum veluti religiosam rem magni extimarent. Nam cum certum sit ijs, qui saepius iurant abrogari fidem: plurimi ducunt: ne boni viri nomen amittatur: raro ad iuramentum descendere: Legis insuper lator omnem fidem in virtute constituens: bonis moribus iudicauit assue fieri homines ad probitatem: ne indigni fide viderentur debere. Iniquum etiam putauit eis: quibus absque iuramento credita pecunia esset: de re sua iurantibus non praestari fidem. Foenus quod ex scripto contrahebatur: prohibuit vltro contracti mutui duplum exigi: solutio ex bonis debitoris solum fiebat. Corpus non poterat adduci creditori: putabat enim oportere bona tantum subdita esse debi-

Homicidii
morte inhi-
bitum.

Lex alia in
parentes qui
liberos occi-
derent.

Lex in parricidas atrocissima.

Lex alia.

Lex castrensis ignominiosa.

Alia lex castrensis
Lex in monetarum falsarios.

Lex in mechos.

Lex in adulteros & adulteras.

Bocchorides legislator
Leges pro hominum commercijs.
Ad iuramentum raro descendendum.

Lex foenarum toribus data.

Parricidis
parenti
obis.

Syngraphas
descriptas
literas
mutilas
descriptas

Deoim gentiū ritibus.

tis. Corpora quorum opera & bello & pace vterentur ciuitatibus addicta esse. Non enim æquū videbatur milites, qui pro patriæ salute pericula subirent pro vsuris in carcerem duci: quam etiam legem Solon videtur ad Athenienses transtulisse: quam Sisatheam appellauit: decemens ne ob vsuras ciuium corpora necerentur. Lex priuatim præterea de furibus apud solos Ægyptios hæc erat. lubebat eos qui furari volebant: nomen suum apud principem sacerdotum scribere. atq; euestigio furtum ad eum deferre. similiter quibus res furto erepta erat, ad eundem rei sublatae tempus diem & horā scribere tenebantur. Hoc modo facile inuento furto, qui rem amisisset, quarta mulctabatur parte, quæ daretur furi, satius legislator esse duxit: quum impossibile esset, prohiberi furta, alicuius portionis, q̄ totius rei amissæ homines iacturam pati. Nuptiarum non idem apud Ægyptios mos est. Sacerdotibus vnā tantum vxorem ducere licet. Reliqui pro voluntate & facultatibus plures habent. Nullus ex eis nec ex serua quidem empta genitus spurius habetur. Solum enim patrem existimant generis auctorem, matrem & nutrimentū & locum infanti præbere. Natos adeo parua educant faciliq; impensa, vt vix credi possit. Nam tum scirporū, tum alijs radicibus, quas sub cineribus coquunt, tum caulibus palustribus, quas partim coctas, partim assas igni, partim crudas pro cibo præbent, liberos nutriunt: discalciati nudicq; maiori ex parte ob patriæ temperiem vitam ducunt. Omnis sumptus in pueros, quousq; ad ætatem perueniant, a parentibus impensus non excedit dragmas viginti. Erudunt sacerdotes filios & literis, quæ appellantur sacra, & alijs quæ ad cōmunem spectant doctrinam, vt plurimum Geometriæ, Arithmeticæq; studio intenti. Literas percipiunt nō omnes, sed artificio dediti. Palestræ aut Musica non vacant existimantes quotidianum illius exercitium iunioribus infirmū esse, & periculosum. Ex eoq; breuiore vires effici. Musicam non solum in utilem, sed nocuam ducunt, tanquam virorum animos effeminantem. Morbos vel ieiunio curant, vel vomitu: idq; aut quotidie, aut tribus diebus aut quatuor interiectis: afferunt em̄ ex ciborum superfluitate omnis creati morbos: eam ergo ad valitudinem curam esse optimam, quæ morborū principia auferat. In militiam aut peregrinationem profecti, nulla impensa mercede curantur. Medici enim ex publico victum sumunt, ægros scdm̄ legem curant ab antiquis medicis comprobatisq; scriptoribus traditam. Si quis normam sacri libri sequutus infirmum curare nequiuerit omni caret crimine: si præter ea, q̄ quæ libris continentur, illum curauerit morte punitur. Credidit enim legislator ea medendi cura, quæ plurimo tempore ab antiquis medicis obseruata profectaq; sit, haud facile meliorem reperiri posse. Colunt Ægyptij animantia quædā præter modū non solum viua, sed etiam mortua: sicut Felem, Icnemonas, Canes, Accipitres, Ibides, Lupos, Crocodillos, & eiusmodi plura. Non solum horum cultum palam profiteri nō erubescunt, sed tanq; in honoribus deorum effusi, id laudi sibi & decori ducunt. Cumq; signis illorum proprijs vrbes, & varia loca circumeant procul ostentantes, quæ seruent animalia, ea more supplicum singuli venerantur. Cum aliquod eorum moritur

Lex Sisateæ apud Athenienses

Lex de furto admiranda.

Matrimonia

Apud Ægyptios extra matrimonium natus nemo spurius habebatur

Puerorū educatio & impensa modica.

Sumptus q̄ in puerorū educatione impenduntur

Quibus artibus Ægyptiorum filij instituantur Musica damnatur ab Ægyptijs Morbos ægyptij vomitu curant aut ieiunio

Medici ægyptiorū ex publico victum accipiunt, nō ægrotantiū impensa

Medici ex scripto curare debent non noua in uentione

Variorū animalium cultus

ra porterosa

Feles, catos Icnemonas, i. mus res indi- cos

sindone contectum cum vlulatu pectus percutientes sale liniunt: ac Cedri li
 quore vnguentisq; odoriferis, quo diutius seruetur corpus vinctum in sacris
 locis sepeliunt Si quis aliquod horū animalū sponte occiderit morte dam-
 natur, Aluro & Ibide exceptis, quos si quis sponte vel secus occiderit inter-
 ficitur accurren- te turba & absq; iudicio hominē varijs supplicijs adfectum
 interficiunt. Quo timore, qui hos mortuos conspexit, procul astans, lamen-
 tatur, testificans animal absq; sua culpa mortuum esse. Nutriuntur hæc ani-
 malia summa cura atq; impensa in templorum ambitu a viris haud qua-
 cōtemnendis, quæ similagine & halicavarijsq; epulis lacte conditis cibant.
 anferes tum elixos tum affatos apponunt quotidie. His, quæ cruda edunt,
 aues captas præbent, deniq; ea omnia magna sustentant cura atq; sumptu.
 Eorum mortem æque ac filiorum lugent sepeliuntq; sumptuosius, q̄ eorū
 facultas ferat, ita, vt Ptolomæo Lago Ægyptum tenente, quum bos in Mem-
 phi ex senecta mortuus esset, qui illius nutriendi curam caperat pecuniam,
 quæ in eius sumptu data erat permagna: ac insuper quinquaginta talenta ar-
 genti mutuo a Ptolomæo sumpta, in eius sepulturam impendit. Videbunt
 forsitan hæc, quæ diximus miranda: sed nequa q̄ minus admirabitur quis, si
 quid apud quosq; Ægyptios sit consideret in funere mortuorum. Nam vbi
 aliquis defunctus est, propinqui omnes amici, qui deturpato luto capite lu-
 gentes ciuitatem: quo ad mortuus sepeliatur circumeunt, interim neq; lauan-
 tur, neq; vinum capiunt, aut cibum nisi vilem, neq; vestibus vtuntur splendi-
 dis. Sepulchrorum tres habent species: sumptuosas, mediocres, & humiles.
 In prima argenti talentum exponunt. In secunda minas viginti. In vltima pa-
 rum quid sumptus irrogatur. Qui funera mortuorum curant, eo exercitio a
 maioribus tradito funeris impensam domesticis descriptam ferunt, Scrutā-
 tes quanti velint celebrari funus, conuentione facta, corpus eis traditur, vt iux-
 ta impensam curetur funus. Primus grāmaticus (ita enim appellatur) posito
 humi corpore, circa illa describit, quantum a sinistra parte incidatur: deinde
 qui dicitur scissor habens lapidem æthiopicum, quantum lex sinit latus ape-
 rit, subitoq; cursu a prosequen- tibus, qui astant, lapidesq; cum execratione in
 eum iacentibus fugit. Existimant enim odiū in hære, quicumq; amici cor-
 pus vulnere illato violarit. Curatores vero corporis, hos salitores appellant,
 honore digni existimationeq; habentur. Vtuntur enim sacerdotibus templa-
 q; pariter ingrediuntur. His penes cadauer astantibus, vnus per scissurā cor-
 poris interiora, præter renes & cor, ducit. Quæ singula alter vino phœniceo
 ex rebus odoriferis lauat. deinde corpus totum primum ex cedro, tum alijs
 preciosis vnguentis vngunt dies amplius triginta. Myrrha deinde ac cynna-
 momo, cæterisq; rebus liniunt, quæ non solum id seruare diutime, sed odo-
 riferum reddere queant. Curatum cadauer cognatis tradunt defuncti. Ita sin-
 gulis eius partibus etiam superciliorum palpebrarumq; pilis integre serua-
 tis, vt omnis corporis species dormientis more integra perduret. Antequam
 sepeliatur corpus prædicatur a cognatis tum iudicibus, tum defuncti amicis
 sepulturæ dies, afferentes illum mortuum paludem transiturum, Astantibus

Ibidem vel
 ælurū apud
 Ægyptios in-
 terficiens in-
 terficiē

Animalia in
 templis splē-
 dide nutri-
 untur

Ptolomæus
 Lagos
 Apis Bos
 mortuus ma-
 ximū sumptu
 sepultus

Mortuorum
 funeratio as-
 pud Ægy-
 ptios admi-
 randa
 Sepeliendi
 apud Ægy-
 ptios tres rī-
 tus

Describitur
 prima fune-
 ris ratio

Curatores, i.
 inunctores
 fune-
 riu.

Quid mor-
 tuorū corpa
 a putredine
 & foetore
 diu cōseruet

Elurus. i.
 Ibis

Similagi-
 ne. i. flore
 ferine.
 Halica. i.
 portione q̄
 Zea fit

Gramati-
 cus.

Scissor

Salitores

Curati. i.
 mortuum

